



**Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen
Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark
Brandenburg**

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

LXXII. Bürgschaft des Schulzen zu Woldeck und Anderer in einer
Streitsache Johann´s Woldeck mit der Stadt Prenzlau, vom 15. September
1328.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55721](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55721)

ter, tamquam legitimj collatores dictum altare conferent cum vacabit, Et in personam sacerdotis beneficium non habentis. Hec autem acta sunt de communi consensu predictae ciuitatis Straceburgh, jta quod nullus valeat aliquibus temporibus immutare, Presentem paginam inde confectam sigilli nostrj appensione fecimus communij. Data sunt hec Straceburgh, sub Anno domini M^o. CCC^o. XXVII^o., feria quarta proxima ante festum Beati Nicolai episcopi.

Aus Beckmann's Abschrift des Originals.

LXXII. Bürgerschaft des Schulzen zu Woldeh und Anderer in einer Streitsache Johann's Woldeh mit der Stadt Prenzlau, vom 15. September 1328.

Ad perpetuam rei memoriam nos Suederus, Prefectus in Woldegh, Henricus Parfenow, famulus, Johannes Pofslaw, ciuis predictae ciuitatis Woldegh, Otto Suederj, ciuis in Brandenburg, coram vniuersis Christi fidelibus tenore prefencium publice profiteamur, Quod in solidum, siue manu coniuncta, fideque data promissimus et presentibus promittimus honestis viris, consulibus ciuitatis Primzlawe pro Johanne Woldegh, filio Wilhelmi de Woldegh, ciue eorum et pro omni controuersia et discordia, quam dicti consules et prefatus Johannes Woldegh, inter se discorditer habuerunt, pro quibus detinuerunt eundem: ita quod dictus Johannes Woldegh per se seu per alios contra predictos consules, ciuitatem eorum et ciues non veniet, nec venire procurabit super dicta dissensione et Briga, quomodolibet in futurum. Quod si secus factum fuerit et contrarium in premissis, Id nos retractabimus et restaurum digne recompensationis et emende faciemus consulibus memoratis, Ipsos liquidem consules predictos cessantibus excepcionibus reddemus et excipiemus liberos et indemnes ab omni impedimento periculo et dampno, que eis et eorum ciuibus super hiis possint futuris temporibus suboriri. In cuius rei testimonium nostra sigilla presentibus sunt appensa. Datum et actum Printzlaw prelibata, Anno domini M^o. CCC^o. XXVIII^o., in crastino Inuentionis sancte Crucis Domini Jesu Christi.

Aus einem Copialbuche.

LXXIII. Der Rath zu Prenzlau bestätigt einen Kaufcontract über Gebungen in Blingow, am 28. April 1329.

Nos Consules Civitatis Primslaw recognoscimus ac protestamur in his scriptis, quod menso et Cunradus, fratres, dicti de Grunow, nobis Consulibus, et Becharde, dicto vreland, nostro concivi, promiserunt ex parte filiorum Johannis Wymann et Henning et